

CXCIV. VI. E. 14.

³⁰² Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 150. f. luculente scriptus et rubricis enotatus, olimque ad *Job. Fabrum* Ep. *Viennensem*, ut *Nota* impressa praevia testatur, pertinens *Asce-tica* hoc ordine complectitur. I. *Incipit prologus in nomine sancte trinitatis in regulam sancti Basilii cesariensis e.* Initium: *Satis libenter karissime frater ursaci aduentantes de partibus orientis et desiderantes iam fratrum consueta confortia &c.* Prologus hic *Ruffini* Presb. *Aquilejensis* est, qui ex *Basilii Regulis* κατὰ πλατος et κατ' ἐπιτομην, prout extant *Opp.* edit. *Maur.* T. II. *Paris.* 1722. p. 335. f. Opus hoc contraxit et latine vertit. Versionem porro *Ruffini* *Benedictus* Abbas *Ana-*

Cod.

hinc atque illinc *passim*.
latentem locum
pinido etiam clarum nomen *solo*
 dedit
 ut *aliquibus* mos est
 quæ *anime* uirtusque (*uictus*) in-
 stituta
 sancti cuiusdam *uiri* responsa

Post Prologum haec Operis mi-
 niata est Inscriptio: *Incipiunt*
sancti Basilii cesariensis archiepisco-
pi dicta de institutione monachorum.
 Incipit: *Humanum genus diligens*
deus et docens hominem scientiam
 &c. Hanc *Praefationem* excipit
Interrogationum Elenchus, qui

nienfis Sec. IX. *Codici Regularum*
 a se compilato inseruit. Extabat
Codici hujus vetustum Exemplar
ms. apud S. *Maximum* prope
Treviros, cujus *Απογραφο*n nactus
 doctissimus *Luc. Holstenius* illum
Romae 1661. publicavit, in qua
 Edit. *Versio* nostra *Ruffini* P. I.
 a p. 173. legitur. Secundis po-
 stea curis *Codicem* eundem sed
 multum illustratum et in *Tomos*
 VI. tributum repraesentavit *Ma-*
rian. Brockie S. *Jacobi Scotorum*
Ratisbonae Prior *Aug. Vindel.*
 1759. f. *Regulis* nostris *Basilianis*
 in T. I. a p. 67. receptis. Atque
 utinam vel Viro huic, vel
 jam *Holstenio* *Codici* nostri usus
 fuisset, emendatiorem certe lec-
 tionem haberemus, quod vel col-
 lato *Ruffini Prologo* speciminis er-
 go patebit.

Edit.

hinc atque illinc *passivi*
latentes locos
Pineti clarum nomen *saeculo* de-
 dit
 ut *aliquis* mos est
 quæ *animi* uirtus, quæ instituta
 sancti cuiusdam *juris* responsa

non ultra XLII. progreditur, cum
 tamen *Interrogationes* reipsa sint
 CCIII. quarum ultima finitur: *sed*
sufficiencia nostra ex deo est.

II. fol. 74. p. 2. *Incipit Re-*
gula Cenobialis Fratrum Hibernien-
sium. Nihil aliud est haec *Regu-*
la, quam *Poenitentiale* S. *Colum-*
 P p 2 bani

bani Abbatis Scoti, qui circa annum DXC. cum turba Monachorum popularium in Gallias transfretavit, unde in aliis Codd. etiam *Regula Coenobialis Patrum Scotorum* inscribitur: *Holstenius* eam *Regulae Columbani* subnexuit, quam in Cod. nostro praecedat. Vide Editionem *August. supracit.* T. I. p. 170. et 174. Quoniam vero in Cod. multum ab Editis variat, ejus Initium adscribimus: *Statutum est fratres karissimi a sanctis patribus ut demus confessionem ante mensam siue ante lectorum introitum aut quandocumque fuerit facile! quia confessio et penitencia de morte liberat; Ergo nec ipsa parua confessione sunt negligenda peccata quia ut scriptum est qui parua negligit. paulatim desinit; Ergo qui non custodierit ad mensam benedictionem et non responderit. amen. sex percussionebus emendare statuitur; Simili modo qui locutus fuerit comedens non necessitate alterius fratris! VI. emendare statuitur! et qui non signauerit coclear quo lambit; Qui locutus fuerit in plauso id est alciore sono solito sonauerit. VI. percussiones &c.* Atque ita plagosus hic Codex inter *Percussiones* et *Superpositiones* i. e. certa quaedam jejunia decurrit cum Editis usque ad locum illum, qui de Culpis circa *Sacrificium* agit, ubi post verba: *seu casu aliquo die uno peniteat*, haec addit, quae etiam in *Bibl. PP. Lugd. T. XII.* p. 8. leguntur: *si autem per contemptum submerserit id est exierit aquam et non considerauerit de pe-*

riculo sacrificium (sacrificii) X. d. peniteat. si autem obtentum (obtentu?) insoliti cibi pinguioris et non uicio saturitatis sed stomachi euomuit in die sacrificii cenam XX. diebus. si infirmitatis gratia X. diebus peniteat in pane et aqua. Defunt haec in editis, quae tamen, *Codice* hic sistente, longius deinceps procedunt.

III. fol. 79. p. 2. *Incipit Regula Sancti Columbani.* Itaque *πενοτερον ἕσπερον.* *Poenitentiale* enim praemissum nihil aliud esse videtur quam *Caput X.* seu ultimum hujus *Regulae.* Incipit haec: *Primum omnium docemur deum diligere &c.* et consentit cum Editis usque ad C. VII. de *Cursu Psalmorum*, quod *Codex* ignorat, quodque, an reipsa huc pertineat, haereo. Finis in *Codice: sed voluntatem eius qui me misit patris.* Itaque et illud, quod de *Perfectione Monachi* e *Cod. Bobiensi* adjecit *Holstenius*, desideratur. Ceterum et lectio multum variat.

IV. fol. 84. p. 2. *Incipiunt monita Sancti Porcarii abbatis.* Initium: *In mente habe quia hospes es in hoc corpore &c.* Leguntur inter *Tb. Galleti* Opuscula quorundam *PP. Lugd. 1615.* et inde in *Bibliothecis PP.* Ita titulo *Epistolae* in. edit. *Lugd. T. XXVII.* p. 483. ubi *Porcarius* in certae aetatis dicitur. Sed eum vixisse *Sec. V.* praefuisse *Monasterio Lirinensi*, formasse ibidem *Caesarium* postea *Episcopum Arelat.* et *Monita* scripsisse, *Anonymo Mellicensi* c. 58. debemus.

V. fol. 85. p. 2. *Incipit epistola sancti columbani abbatis.* Initium: *O tu vita quantos decepisti quantos excecasti &c.* Extat inter ejus *Sermones* five *Instructiones* N. V. in *Bibl. PP. Lugd. T. XII.* p. 13.

VI. fol. 86. p. 2. *Precepta que dedit pinufius fratribus suis.* Initium: *Nosti quot diebus pro foribus excubans hodie sis receptus &c.* Et finis: *Puritate cordis apostolicę caritatis perfectio possidetur.* Praecepta haec invenies L. IV. *Job. Cassiani de Instit. Renunt. c. 32 — 43.* eorumque Summam contractiorem L. IV. *de vitis PP.* opera *Herib. Rosweydi Antverp. 1615.* p. 548. Bibliographorum tamen, quod sciam, nemo *Pimiphii* Abb. et Presbyteri magni Coenobii non longe a *Panephyssi Aegypti* civitate meminit, cujus est etiam *Collatio XX. de Fine Poenitentiae* apud praedictum *Cassianum.*

VII. fol. 90. p. 2. *Incipiunt tituli regulę Sancti augustini episcopi.* Numerantur XLVI. sequente ipsa Regula, cujus initium est: *Hec sunt que precepimus observari ut in monasterio habitantes post principalia precepta dilectionem dei dico et proximi. primo propter quod in unum estis congregati caritatis vinculum custodiat. et unanimes habitetis in domo &c.* Finis: *et in temptatione non inducatur.* Non esse hanc *Regulam Augustini*, Eruditi dudum consensere, solam illam, quae *Feminis* data est, eidem relinquentes. Praesentem tamen, cujuscuque demum sit, e T.

II. *Monastici Anglic.* transtulit *Marian. Brockius suprac.* in T. II. *Codicis Regularum*, ubi *Additam.* IX. p. 123. non absque magna lectionis varietate exhibetur.

VIII. fol. 98. *Incipit Regula pauli et stephani.* Initium: *In primis hortamur ut timorem dei et mutuam caritatem. et unanimitem omnes in bonis studiis habeamus &c.* Finis: *et nobis remissionem peccatorum condonans in eternum cum sua pace recipiat. Amen.* Latet aetas, patria et genus monasticum horum virorum. Citant tamen *Augustinum*, et a *Benedicto* Abb. *Ananiensi* in *Concordia Regular.* citantur. Cum ob aestum Monachis ab *Idib. Majis* ad *Id. Sept.* quietem meridianam praecipiant, *Hispanos* aut *Italos* arguas. Denique *Abbatis*, *Prioris* et *Cellarii* meminere. Extat *Regula* haec in *Capita XLI.* tributa T. I. *Cod. Regular.* saepe cit. p. 138.

IX. fol. 105. p. 2. *Incipiunt aliquę Sententie In Libro Sancti Augustini Episcopi de Opere Monachorum ad Aurelium episcopum de hoc quod precepit Beatus Paulus apostolus. Qui non vult operari nec manducet.* Liber, unde haec excerpta sunt, habetur edit. *Maur. T. VI. col. 475.*

X. fol. 112. p. 2. *Incipit Sermo ad Monachos.* Initium: *Instruit nos atque hortatur sermo divinus. qualiter nos accingere debeamus ad inquirenda promissa sua &c.* Ultima: *ut bis spiritualibus (gradibus) ascendere mereamur ad promissa domini nostri ihesu christi amen.*

amen. Est *Fausti* Abb. *Lirinen-
sis*, et Ep. *Rbegiensis*. Scriptoris
Sec. V. de quo diligentissime *Til-
lemontius Mem. T. XVI. p. 433.*
Hist. Liter. Franc. T. II. p. 585.
et *Oudinus l. col. 1291.* Extat
in *Bibl. PP. Lugd. T. VIII. p.*
545. et in *Brockii Cod. Reg.*
T. I. p. 471.

XI. fol. 116. p. 2. Incipit *Re-
gula Sancti Macharii data Mona-
chis.* Initium: *Lignorum copia in-
gentem excitat flammam &c.* Fi-
nis: *Qui legis stude in domino in-
telligere semper.* Extat sub no-
mine *Epistolae* in *Cod. Reg. T.*
I. p. 21.

XII. fol. 117. Incipit *Regula*
Sanctorum patrum Serapionis et
*Macharii pasnuttii et alterius Ma-
charii.* Initium: *Sedentibus nobis*
in unum. consilio saluberrimo cum
prece dominum rogauimus &c. Fi-
nis: *et inreprehensibiles sitis.* Ex-
tat in *Cod. Reg. cit. T. I. p. 11.*
in XVI. Capita tributa, quorum
duo ultima nobis defunt.

XIII. fol. 119. p. 2. Inci-
piunt *alique sententie De Regula*
Sancti ac Beati Macharii. abbatis
*qui habuit sub ordinatione sua quin-
que milia monachorum.* Initium:
*Milites christi sic taliter suos de-
bent componere gressus &c.* Finis:
Si quid potuerit facere. In *Cod.*
Reg. T. I. p. 19. distribuitur haec
Regula in XXX. Capita.

XIV. fol. 121. p. 2. Incipiunt
Proverbia Sancti Evagri episcopi.
Initium: *Heredes dei audite ser-
mones dei &c.* Finis: *et non obli-
viscaris animam eius in tempore ora-
tionis Amen.* Proverbia haec ex-

tant in *Cod. Reg. T. I. p. 465.*
inscripta: *Evagrii Monachi Sen-
tentiae ad eos, qui in Coenobiis et*
Xenodochiis habitant, Fratres,
quem titulum *Holstenius* in *Codd.*
ms. Reginae Sueciae invenisse vi-
detur. Sed malim sequi *Genna-
dium*, qui c. 11. de *Evagrio* no-
stro scribit: *Composuit et Coeno-
bitis et Synoditis doctrinam aptam*
vitae communis; licet enim in
Monasteriis fuerit officium τῶν
Ξενοδοχῶν, tamen erat et vitae
genus τῶν Συνωδιτῶν five ἐν συνωδία
ζῶντων, ad quos potius respicit
Evagrius, teste etiam *Socrate*
Hist. Eccl. L. IV. c. 23. edit.
Vales. Paris. 1686. p. 192. ubi
eum scripsisse perhibet πρὸς τὰς
ἐν τοῖς κοινοβίοις ἢ ἐν συνωδίαῖς μονα-
χῶν. Plura *Evagrii* in latinum se
transtulisse ait loco eod. *Genna-
dus*, inter quae et Στιχηρὰ haec
nostra fuisse mihi persuadeo,
quanquam in *Ruffinum* inclinent
alii.

XV. fol. 125. p. 2. *Isidori*
Hispalensis Synonyma. Praeit Ar-
gumentum incipiens: *In subse-
quenti hoc Libro qui nuncupatur*
Sinonima &c. prout in edit. *Opp.*
Paris. 1601. per *Jacobum Du*
Breul p. 305. Sequitur: *Ysido-
rus Lectori Salutem. Uenit nu-
per ad manus meas quedam cedula*
quam sinonimam dicunt &c. Quid
de hoc *Prologo* sentiendum, di-
xi ad *Cod. CCLXXII.* in quo, uti
et in *Cod. CCLXXXIV.* *Synony-
mis* praefixus est. Post illum: *In*
Nomine Summe trinitatis. Incipit
*liber Sinonime sancti ysidori Hi-
spaniensis (sic) Urbis episcopi.*

Initium: *Homo. Anima mea in angustiis est spiritus meus estuat &c. Fol. 136. p. 2. Incipit Liber Secundus.* Divisus est hic in multas *Rubricas*, quae non respondent titulis *Edit. cit.* et non raro iis pleniores sunt. Finis: *Tu mihi supra vitam meam places.*

XVI. fol. 150. p. 2. manus Seculi XIII. adscripsit *Decreta Hungarorum, quae a Guidone cardinali (S. Laurent. in Lucina a. 1267.) susceperunt.* Edidit ea ex hoc *Cod. Lambecius L. II. p. 68.* unde in *Collectiones Concc. Harduini, Coletii et Peterfii* profecta *Kollarius* demum T. I. *Analect. Vindob. col. 21.* repraesentavit. Sacerdotum Coelibatum maxime spectant.

CXCVI. VI. K. 29.

667 Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 79. 4. nitidissime scriptus in *Italia*, Literis initiorum deauratis picturatisque decorus, quondam emtus et possessus a *Barth. Gbifilardo*, ut bis notatur, dein a *Job. Sambuco* complectitur sequentia: I. *Magni basilij cesaree capadociae sanctissimi archiepiscopi ad instituendos adulescentes in lectione poetarum ceterorumque antiquorum scriptorum libellus Vnicus et pulcherrimus incipit.* Sed praecedit: *Leonardi Aretini eloquentissimi uiri in translatione magni Basilij praefatio ad colutum.* Hoc initio: *Ego tibi hunc librum coluti ex media: ut aiunt: gratia delegi. &c.* Opusculum ipsum infit: *Multa sunt filij:*

que hortantur me ad ea uobis consulenda &c. Inscribitur illud lingua *Basilij: Προς τας Νεες, ὁπος ἂν ἐξ Ἑλληνικων ὠφελουτο λογων.* et extat edit. *Opp. Maur. Paris. 1722. T. II. p. 173. f.* De Interprete *Leonardo Bruno Aretino* inter *Literarum in Italia restauratores* claro, qui an. 1444. vivendo adtigit, post *Laur. Mebus, Apost. Zenum* et *J. M. Mazzubellium* egregie more suo pertractat *Hier. Tiraboscus Hist. lit. Ital. T. VI. P. II. L. 3. p. 33.* ubi et *Colutii Salutati* meminit, quo Praeceptore *Leonardus* in eloquentia latina *Florentiae* faventissimo usus fuerit. Versionem porro nostram utilissimi *Libelli* prima statim *Prela* multiplicare coeperunt adeo, ut mihi licuerit in *Supplementis Maittairii* hoc anno 1789. vulgatis plures Editiones ejus *Annalibus* addere, interque ceteras nemini hactenus memoratam *Budensem* typis *Andr. Hefs* circa 1473. 4. proditam, quam nunc *Bibliotheca nostra Palatina* recepit.

II. fol. 17. *Alexandri macedonis. Hannibalis Karthaginensis Scipionis africani maioris trium summorum ducum de artis imperatoriae presidentia contentio apud inferos sub minoe Iudice ex Iuliano auctore graeco per dominum Iohannem Aurispam in latinum de graeco conuersa Feliciter incipit.* Initium: *Alexander. Me o libice preponi decet. melior equidem sum. Hanni. Immo uero me. &c.* Est hic inter *Luciani Samosat. Scriptoris* Sec. II. notissimi *Διαλογος νεκερικος*